



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

LXXIX. An opera justorum sint peccata?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

cum offendere; vnde seruat mandata. Neque intercessio venialium imperfectionum officit perfectioni substanciali. Hinc Phil. 4. *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Caluinista dicit; *Non omnia possum.* At Luc. 1. Zacharias & Elisabeth erant incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela. Quare Deus si mandat serio; serio tenemur ad obseruationem: si ioco; cur serio punit? Istene iocus erat? Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.*

### QVÆSTIO LXXIX.

*An Opera Iustorum sint peccata?*

LUTHER ANI&QUÈ AC CALVINIANI affir-  
mant: Vide supra quest. 71. & 76. Idque ne-  
cessariò asservunt expositis à se se fundamen-  
tis: cum singant Inhærere homini peccatum  
originale; Concupiscentiam esse perpetuum  
peccatum; Pec. remitti nulla seu deleri, sed tegi  
solum, & non imputari: Legem obseruatu  
impossibilem esse: Hominem post iustifica-  
tionem manere iniustum. &c. De quibus su-  
pra fuscè.

AUTOR. I. Opera iustorum bona,  
sunt verè iusta; vt etiam iustitia actua-  
lis dici possint.

1. Sic Scriptura docet in *Antichristo*  
*p. 4. q. 43.*

2. Ita S. Patrum constans consen-  
sus, apud *Bell. l. 4. c. 16.*

3. RATIO euincit idem. I. Quia ex  
tribus potissimum singuntur esse pec-  
cata; Ex innata Concupiscentia; Ex  
defectu dilectionis; Ex admistione ve-  
nialium: At horum nil demit iustifi-  
cationem operibus bonis. *Non Concupisen-*

tia;

nam hæc infirmitas est; non pec-  
catum: nec nocet sine consensu. Non  
venialis caritatis imperfectio; nam  
hæc vt culpa sit, non tamen est pecca-  
tum lethale; habetq; hic suā visę pe-  
fectionem absolutam; licet non illam  
patriæ. Non Venialium admistio; nam  
hæc vt sit præter, non tamen est con-  
tra legem & caritatem. Vnde licet  
multis offendimus omnes, & nemo non  
habeat peccatum; Scriptura tamen  
absolutè quosdam vocat iustos, im-  
maculatos, perfectos.

2. Quia si omnia iustorum opera fore  
peccata, & opus Fidei iustificantis es-  
set peccatum; item oratio hæc: *& di-  
mitte nobis debita:* Item mentiretur di-  
cens; Nil mihi concius sum: Item  
Deus ipse peccaret, Phil. 1. & 2. qui  
peratur in nobis. Item Redemptor nos  
peccato non redemisset, nec mundi-  
let sibi populum acceptabilem: Th. 1.  
Item, Peccata mortalia quadam for-  
rent opera bona, ac proinde facienda.  
Demum opera bona esse peccata, im-  
plicat; non bona essent non bona; Ser-  
uire Deo esset seruare diabolo; opera  
lucis essent tenebrarum; filii Dei es-  
sent filii diaboli.

3. Ab iniusto procedunt opera in-  
iusta: ergo ab iusto iusta. Nam Mat. 7.  
*Non potest arbor bona malos fructus fare,*  
*neque mala bonos.* Ioan. 15. *Ego sum vitis,*  
*vos palmetes, qui manet in me, & ego in*  
*hic fert fructum multum.* Vide Beccanum  
in Manuali l. 1. c. 18. q. 1.

II. Opera iustorum iusta etiam iu-  
stificant amplius. Iac. 2. *Abraham mo-  
ne ex operibus iustificatus est:* Vides, quoniam  
fides cooperatur operibus eius, & ex op-  
eribus fides consummata est.

INSTAT



INSTAT Calvinus *Infl. 3. c. 17. §. 11. 12.* 1. Ibi  
scopum Iacobi fuisse ostendere, quæ sit vera  
fides.

2. Fidem ex operibus iustificantem esse  
vibrum fidei, non veram.

3. Iustificationem ibi capi pro declaratio-  
ne iustitiae, non pro Imputatione iustitiae  
Christi. Vt *Rom. 4.*

DICO AD I. Dicit; non docet. At  
docet *S. Aug. l. de fide & oper. c. 14.* non  
ostendi ibi quæ sit vera fides; sed quod  
vera fides non iustificet sine operibus;  
quo spectat & epistola Petri, Ioannis,  
Iudæ; contra exortam tunc hæresin,  
Fidem absque operibus iustificare.

AD II. dico idem.

AD III. *Rom. 4. agitur de iustifi-  
catione prima, quæ ex impio facit iu-  
stum: Iacobus de secunda, qua iustus  
fit iustior: hac cum, illa sine operibus  
fit iustis. Ita Trid. sef. 6. c. 8. 10. ex S. Aug.  
prefat. in Ps. 31. &c. Vide Bell. l. 4. c. 18. &  
in meo Antichristop. 4. q. 43.*

SVADENT porro istis operum bonorum  
iustitiam.

1. Calu. *Ps. 31. Beati quorum remissa* sunt ini-  
quitates, & quorum te&t;a sunt peccata: idq;  
totâ vitâ, non in baptismo solum.

2. *Plal. 142. Non iustificabitur in conspectu tuo  
omnis vivens.*

*Eccl. 7. Non est homo iustus qui faciat bonum,  
& non peccet.*

4. *Ila. 64. Facti sumus ut immundi omnes; &  
quasi pannus mensuaria, vniuersitate nostra.*

5. *Lutherus: Quia semper polluitur in no-  
bis nomen Domini; & voluntati eius rebel-  
les sumus, & peccamus; ideo orate iubemur;  
Sanctificetur nomen tuum: Fiat voluntas tua:  
Dimitte nobis.*

DICO AD I. At si omnia sint mera  
peccata; cur idem dicit *Psal. 1. Beatus  
vir, qui non abiit in consilium impiorum.*  
&c. *Ps. 100. Intelligam in via immacula-  
ta: Perambulabam in innocentia. &c. Qua-*

re ibi loquitur de prima iustifica-  
tione.

AD II. Triplex expositio est. 1. Aug.

*Non iustificabitur; sc. ex se; sed ex Deo.*

2. *Aug. Hieron. Greg.* Non iustificabitur;  
quia nemo sine pec. ven. est. 3. *Hilarij*

*Hieron. Euth.* Non iustificatur homo  
comparatus Deo infinitè puro. *Job.*

4, & 9.

AD III. Non peccat homo bonū  
faciendo; sed bonum faciens nunc,  
mox peccare potest; imò bonum fa-  
ciens simul potest venialiter pec-  
care.

AD IV. In quo quasi triumphat.

At loquitur ibi de Sceleratis, non de

iustis: quia ait; *ecce peccauimus: Deseruisti  
nos; Iratus es. Non est, qui inuocet nomen  
tuum.*

Deinde ibi docet, opera iusta gra-  
ta esse Deo: *Occurristi facienti iustitiam.*

Demum mos Scripturæ est loqui de

multis, quasi de omnibus: *Gen. 6 Om-  
nis caro corruperat viam suam: Non ta-  
men Noë. Adhæc esto, loquatur de o-*

*mnisibus; at de omnibus istius tempo-  
ris, non omnium retrò temporum: pa-*

*tet ibidem. Et loquitur de impiorum  
operibus iniquis, q uæ ipsi iusticias re-*

*putabant. Lutherus quoque & Calvinus in  
Comment. ibidem negant eum locum*

*re&t;te afferri contra operum iustitiam.*

AD V. Christus non docuit nos

petere, quæ nunquam impetrare pos-  
semus: *Petite, & accipietis: at secundum*

*Sectarios illa nunquam possunt im-  
petrari: quia volunt in omnibus iustos*

*peccare, semper polluere Dei nomē,  
rebellarque eius voluntati. Petimus*

*autem ibi, ait S. Cypri. quod habe-  
mus, vt conseruetur & augeatur.*

#### IV. DE

